



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 36. Norma publicæ cautionis Protestantibus concedendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI
A.C. 1551

fidei, Spei, charitatisque concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem gerens, securitatem & fidem, ut petierunt, publicam, quam saluum conductum vocant, quoad se pertinet, ejus, qui infra scriptus erit, tenoris, dedit, atque concessit, & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam Sessionem distulit; quam, ut illi commode interesse possent, in diem festum conversionis divi Pauli, quæ erit vigesima quinta die mensis Januarii, anni sequentis, indicit, illudque præterea statuit, ut in eadem Sessione de Sacrificio Missæ agatur, propter magnam utriusque rei connexionem: interea Sessione proxima de Pœnitentiæ, & extremæ Unctionis Sacramentis tractandum. Illam autem die festo divæ Catharinæ Virginis & Martyris, qui erit vigesima quinta Novembris, habendam esse decrevit, simulque ut in utraque materiam reformationis prosequatur.

§. XXXVI.

Norma publicæ cautionis Protestantibus concedendæ.

Labbe p. 813. Postea Synodus præscripsit formulam, Pall. l. c. n. 3. juxta quam Protestantibus publicæ Sleidan l. 22. securitatis literæ darentur. Earum autem sequens erat tenor: Sacrosancta generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Pfalmaus in Sancto legitime congregata, præsidentibus att. Conc. in ea eisdem Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato Trid. p. 242.

to, & Nuntiis, omnibus, & singulis, si-
 ve sæcularibus personis universæ Germa-
 niæ, cujuscunque gradus, Status, condi-
 tionis, & qualitatis sint, quæ ad œcume-
 nicum hoc, & generale Concilium accedere
 voluerint, ut de iis rebus, quæ in ipsa Sy-
 nodo tractari debent, omni libertate confer-
 re, proponere, & tractare, ac ad ipsum
 œcumenicum Concilium libere, & tuto veni-
 re, & in eo manere, & commorari, ac
 articulos, quot illis videbitur, tam Scrip-
 to, quam verbo, offerre, proponere, &
 cum patribus sive iis, qui ab ipsa Sancta
 Synodo deleti fuerint, conferre, & abs-
 que ullis convitiis, & contumeliis disputa-
 re, nec non quando illis placuerit, recedere
 possint, & valeant, publicam fidem, &
 plenam securitatem, quam salvum conduc-
 tum appellant, cum omnibus, & singulis
 clausulis, & decretis necessariis, & oppor-
 tunis, etiamsi specialiter, & non per verba
 generalia exprimi deberent, quæ pro expres-
 sis haberi voluit, quantum ad ipsam Sanc-
 tam Synodum spectat, concedit. Placuit
 præterea Sanctæ Synodo, ut, si pro ma-
 jori libertate, ac securitate eorum, certos
 tam pro commissis, quam pro committen-
 dis per eos delictis judices eis deputari cu-
 piant, illos sibi benevolos nominent, etiam-
 si delicta ipsa quantumcunque enormia, ac
 hæresim sapientia fuerint.

§. XXXVII.

Sæcul. XVI
 A.C. 1551.